LUDOVICUS dei gra Francorum Rex ac Mli Dux etc. Universis et singulis pntes inspecturis salutem. Nomine Octaviani de balbis filij Bapte mediolanensis nobis expositum fuit sicuti anno proxime pto millmo quingenmo
septimo: et die adventus nri ad hanc Civitatem Mli cum quidam Francigena famulus Bolongerij accessisset ad pystrinum de bossijs nuncupatum: ibiq a dicto Octaviano tunc cura ipius pistrini prefecto requisiuisset farina prosec-
cutijs nris ut dicebat responsumq ipsi Francigene fuisset ibi non adesse farinam nisi pro usu dicti pistrini et post multa verba contumeliosa Francigena ipse ensem contra dictum Octavianu evaginasset: accidit qd audito i
clamore ad uxorem ipsum supervenit Jo: Antonius ipius Octaviani frater: qui fraterno discrimini occurrens stricto pugione Francigenam ipsum unico vulnere vulneravit: quo vulnere statim Francigena ipse vitam cum morte commu-
tavit: qua de causa dicti ambo fres de balbis per Prepositum marescholorum nri a Dominio isto nri banniti in contumacia fuere. Supplicatusq prestea extitit ut prenarratis attentis: et maxime qualitate casus non ex preposito commissi
qd Octavianus ipe alis bone vocis et fame delictis non assuetus nec alio enormi crimine unq notatus fuit dignemur gram et misericordiam nram saltem pro dicto Octaviano impartiri: ac super his lras opportunas concedere.
Nos aut premissis consyderatis volentes pro more nro pietatem et clementiam severitati et Justitie rigori preferre eidem Octaviano de balbis supplicanti ut supra quietavimus remisimus et indulximus Et ire tenore
pntium quietamus remittimus et indulgemus crimen et delictum supranarratu una cum dependentibus emergentibus et conexis universis necno omnibus et singulis penis mendis et offensis corporalibus criminalibus et
civilibus in quas dictus Octavianus occasione premissorum erga nos et Justitiam incurrere potuisset seu incurrisset: ac de maiori et habundantiori nra gra eundem Octavianu remittimus et restituimus ad eius primeum
statum gradum famam honore gram et patriam nram super his perpetuu silentium procuratoribus nris fiscalibus et quibuscumq alijs imponen. Mandantes benedilectis fidelibus Consiliarijs nris Cancellrio ac ceteris i
Senatum nrum Mli tenentibus predicto Preposito omnibusq alijs officialibus et Jusdicentibus nris mediatis et immediatis pntibus et futuris ad quos spectaverit: quatenus pntes nre gre remissionis et indulgentie lras observent et invio
labiliter observari faciant ipsumq Octavianum eis uti et gaudere plene et pacifice [illegible] absq eo qd occasione premissorum possit quomodolibet nunc et in futurum in corpore aut in fama a quocunq vexari inquietari aut
quomolibet molestari vel perturbari. Quinimo si persona ipsius Octaviani occasione premissorum sit capta detenta aut in carcerata illico visis pntibus in pristinum statum reducant: omnesq inquisitiones processus condemnationes
et banna et alia omnia in eum occasione premissorum expleta et secuta si que sint occasione premissorum qd ad psonam [illegible] cassent aboleant et annullent prout et nos per pntes cassamus abolemus et annullamus. Et ut hec temps
firma et stabilia perpetuis maneant temporibus sigillu nrum duximus apponendu. Salvo in ceteris Jure nro et in omnibus quolibet alieno. Dat Mli die decimotertio may Mo cccccmo octavo et regni nri undecimo

Per regem ducem Mediolani
ad relationem Consilij
J. Marna

Visa

Contentor pro [illegible] Grangy [illegible]

Cornelius

1508.

29/34

Morbio 29

(34)

Rè di Francia Ludovico XII.° 1508.

Morbio 29 (34)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1877291005-14/fragment/page=0002